



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

1. An Potestas ferendi censuras possit consuetudine, vel præscriptione
acquiri? Idem dicendum est de potestate absolvendi ab
excommunicatione per alium lata. Et an hæc potestas possit acquiri circa

...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)



TRACTATVS PRIMVS D E EXCOMMVNICATIONE, ATQVE DE EIVS ABSOLVTIONE.

RESOLVTIO PRIMA.

An potestas ferendi censuras possit consuetudine, vel præscriptione acquiri?

Idem est dicendum de potestate absolvendi ab excommunicatione per alium lata.

Et an hæc potestas possit acquiri circa unam censuram, & non circa aliam? Ex part. 5. tr. 9. Refol. 42.

RESPONDEO affirmativè de consuetudine. Probat ex cap. dudum, de electione, & electi potestate, & cap. Romana, de sententia excomm. in 6. ubi idem dicitur de potestate absolvendi ab excommunicatione per alium lata, ex quo deducitur argumentum à simili. De præscriptione idem significatur cap. auditis, & cap. cum olim, de præscriptionibus, & ratio est, quia iurisdic- tio potest consuetudine acquiri, cap. cum contingat, de foro competenti. Sicut consuetudine potest introdu- citem abrogari obligatio obtinens vim legis, & præ- scriptione possunt mutari jura & dominia.

1. Notandum tamen, etiam si iurisdic- tio hæc dica- tur acquiri præscriptione, vel consuetudine, verè ta- men conceditur à Summo Pontifice, qui hoc statuit ita fieri, ut iurisdictiones Ecclesiasticæ essent firmæ, & certæ. Et ita docet Mercerus in 3. part. de Sacram. quæst. 2. dub. 3. Gordonus, in summa, tom. 2. lib. 7. quæst. 2. cap. 1. §. 4. num. 16. & DD. communiter, qui etiam do- cent hæc potestatem posse acquiri circa unam censu- ram, & non circa aliam, quia inter ipsas non est neces- saria connexio, ut qui unam efficit, possit & aliam ferre, neque in præscriptionibus & consuetudinibus locum habet, ut jus acquisitum circa actus unius ge- neris extendatur ob similitudinem ad alios. Ita cap. cum olim, de præscript. Abbas, qui usum excommuni- candi probaverit præscriptione, ut etiam interdicendi & absolvendi, defenditur à Pontifice condemnante eundem super omnibus cæteris actibus, qui ad munus Episcopale pertinent.

RESOL. II.

An qui habet potestatem ferendi censuram possit ea uti in sua causa?

Et notatur, quod etiam si nemo potest incidere in censu- ram à seipso latam, possit tamen occasione censura à se

Tom. V.

late incidere in aliam censuram, quam alius tulerit, verbi gratia, communicando cum eo, quem ipse excommuni- caverit, quo modo celebrando in Ecclesia à se inter- dicta, sive irregularis. Ex part. 5. tr. 9. Refol. 52.

§. 1. **R**ESPONDEO negativè ex cap. inter querelas, c. 23. quæst. 4. Nemo enim permittitur esse iudex in propria causa; quod tamen intelligit Innocent. IV. cap. dilecto filio de sentent. excomm. in 6. ubi Præla- tus censuram fert per modum iudicii, non autem per modum defensionis contra violentum invalor. m. quod ex eo licere docet, quia jura omnia vim vi re- pellere & se defendere permittunt. Quo casu etiam si censura habeat rationem pænæ, tamen primò & per se non infligitur, ut vindicetur delictum, sed ut præ- caveatur majus malum, quod jure impedire possumus. Notat quoque Abbas ad cap. cum venissent, de iudiciis, idem licere non solum per modum defensionis, sed etiam propriè dictum iudicium exercendo, ubi causa est tam manifesta, ut neque possit negari, neque indi- geat examinari. Et ita docet Mercerus, in 3. part. de Sacrament. quæst. 20. dub. 4. ubi etiam notat, quod etiam si nemo possit incidere in censuram à se ipso la- tam, possit tamen occasione censura à se late incidere in aliam censuram, quam alius tulerit, verbi gratia, communicando cum eo, quem ipse excommunicavit, incidet in excommunicationem minorem à jure la- tam, quomodo etiam celebrando in Ecclesia à se in- terdicta, sive irregularis.

RESOL. III.

An in dubio, utrum censura sit lata, vel ferenda, consen- dum sit tantum ferenda?

Et docetur quod, ut teneamur vitare excommunicatum, non sufficit dubium prudens denunciationis, sed requi- riuntur notitia moraliter certa dictæ denunciationis. Ex part. 4. tract. 3. Refol. 16.

§. 1. **A**ffirmativè respondeo cum Avila de cens. 1. 2. cap. 2. dub. 2. & Coninch. de Sacrament. dis- put. 13. num. 21. quos citat & sequitur Hurtado, tr. de cens. in communi, difficul. 5. num. 22. ubi sic ait: Quando verba relinquunt dubium, an contineant censuram la- tam, judicandum est non continere illam, sed tantum ferendam, quia odia sunt restringenda, sic Hurtado, inf. Ref. 125. qui etiam in disputat. 2. de excommunic. difficul. 3. num. 7. §. Notandū, * docet, quod ut teneamur vitare excommunicatum, ejus not.

A non